

COMMENTATIO  
DE  
FONTE  
LVTHERI

Vom Luthers-Brunnen bey Wittenberg

AVCTORE  
M. CHRIST. FR. KRANEWITTERO  
ORD. PHILOS. ASSESS. ET LYCEI VITEMB  
RECTORE



list. Saxon.

H.

732, 8

A. MDCCXLIV

2



LIBRARY OF THE  
UNIVERSITY OF DRESDEN

UNIVERSITY OF DRESDEN

UNIVERSITY OF DRESDEN

UNIVERSITY OF DRESDEN

UNIVERSITY OF DRESDEN

UNIVERSITY OF DRESDEN

UNIVERSITY OF DRESDEN





**S**AT multos in orbe literato extitisse Scriptores, qui de vita Sancti de caligine pontificia Triumphatoris, **L**VTHERI, ejusque virtutibus & rebus præclare gestis, omni animi contentione, diversa tamen fortuna, exponere non dubitarunt, inficias, præterquam historiarum rudis, iverit nemo. Quos omnes si spectes, non præpostere in veteres & juniores, habita temporis ratione, quo stylum suum, in enarranda ejus vita, exercuerunt; vel, si mavis, in **L**VTHERO συγχερόντως et μεταχρονίως, eodem discrimine observato, distinxeris. Longum foret, singulorum inire numerum. Quare, quod vereor, si omnium monumenta excutere incipiam, non narrationem aliquam institu-



instituere, sed historiam illorum videar scribere; pro insti-  
 tuti ratione satis dixero, siquidem principes solum attingam.  
 Agmen ducit totius Germaniæ lumen pariter, ac præce-  
 ptor, PHIL. MELANCHTON. Proximus ab hoc est, sic  
 temporis conditione exigente, JVST. JONAS, vir multæ  
 doctrinæ, nec minoris pietatis, D. LVTHERO amicissimus,  
 hujusque non solum rerum gestarum, sed etiam sanctissimi  
 obitus testis oculatus, omnique exceptione major. Hunc  
 excipit JO. BVGENHAGIVS, vir non minus, quam prio-  
 res, eximie collaudandus, quique pariter D. LVTHERI  
 tempora vivendo attigit, adeoque hoc majori fide dignus  
 habendus est. Neque horum numero excludendum duci-  
 mus pietate insignem ædis, DEO in valle Joachimica sa-  
 cræ, oratorem, JO. MATTHESIVM, seniore; de quo ta-  
 men præstat plane tacere, quam mutila & hiantia loqui.  
 Possemus certe in horum ingenii monumentis tuto acquie-  
 scere, nisi aliorum quoque nomina cognoscere juvaret.  
 Quare non omittendos esse judico, GEORGIVM, Principem  
 Anhaltinum, MICHAEL. CELIVM, CYR. SPANGENBER-  
 GIVM, PAVL. EBERVM, JO. POLLICARIVM, VIT. LVD.  
 SECKENDORFIVM, WOLFG. FRANZIVM, MATTH. HOE  
 AB HÖNEG, ERAS. SCHMIDIUM, DAV. CHYTRÆVM,  
 MATTH.



MATTH. DRESSERVUM, JO. PAPPVM, JO. CONR. DAN-  
HAVERVM, JO. FR. SAGITTARIVM, JO. MVLLERVUM,  
JO. FECHTIVM, JO. FR. MAYERVUM, JO. HÆVECKE-  
RVM, JO. SCHARFIVM, J. G. MOELLERVUM, CHRIST.  
JVNCKERVM, JO. FR. REIMANNVM, et G. V. MOEH-  
RINGIVM, quos omnes & singulos, nulla ordinis, vel tem-  
poris, habita ratione, adscribere libuit. Illos autem lubens  
prætereo, qui sancti Viri vitam, & quæ ad eam illustran-  
dam spectare visa sunt, non data opera, sed vel in compen-  
dio, vel cursim enarranda sibi sumserunt, meumque etiam  
indagandi studium ex parte effugerunt. Etsi vero industria  
horum virorum plane singularis fuit, laborque, ex sententia  
poëtæ, improbus dici meretur; non pauca tamen invenies,  
eaque ad vitam sancti Patris enarrandam non parum idonea,  
quæ vel leviter sunt pertractata, vel prorsus omissa. Ut a  
primi generis exemplis incipiam, nusquam fere, me qui-  
dem sciente, relatum leges, paucissimos, quos inter MAY-  
ERVS, si exceperis, quæ Romæ, tempore invictissimi Im-  
peratoris, CAROLI V, urbem, rerum dominam, occupan-  
tis, in honorem D. LVTHERI gesta sunt; quæ tamen nec  
lectu injucunda sunt, & auditu mirabilia æque, ac inventu  
rara. Quippe fama fert, LVTHERVUM a quibusdam militi-



bus juxta castrum S. Angeli in conspectu CLEMENTIS VII, Pontificis summi, quem tunc temporis Imperator Augustus fatius ducebat obsideri, quam liberari, publice, non sine pompa et solemni ritu, creatum esse Pontificem, ac proclamatum: *Vita LVTHERO, Papæ! vivat LVTHERVS, Pontifex!* Quæ omnia & singula non possunt non esse ad palatum avidis cognoscendi ingeniis. Cujus generis plura suppetent, si in his rebus justo longior esse vellem. Quod dehinc ad alterius classis momenta attinet, numero non pauca depromi possent, & testimonii loco adduci, si de negligentia Scriptoribus exprobrare animus esset. Satis erit unam rem exempli gratia proferri; ne plura enumerando fatigemus lectores. Quis unquam in explicando vitæ LVTHERI curriculo de ejus fonte quicquam literis consignavit? quum tamen ob egregios in finibus ejus a LVTHERO peractos labores maxime sit memorabilis. Studiosissimus vitæ LVTHERI, hujusque reliquiarum indagator, G. H. GOEZIVS, Præsul Lubecensium summe venerandus, ingenue fatetur, se nescire, unde fons LVTHERI, qui Vitembergæ, non Jenæ, est, nomen suum traxerit. Accipe, LECTOR BENEVOLE, ejus verba, ex quibus de sententia summi Viri proclive erit iudicatu: *Haud ita procul, inquit, a*

*Vitem-*



*Vitemberga conspicitur fons, LVTHERI nomine insignitus. Fateor tamen, me cum ignarissimis scire, quas ob causas ita nominetur.* Satis ergo constare arbitror, historiam laudati fontis adhuc desiderari. Me quidem non fūgit, quod paucis abhinc annis lectoribus exhibita sit brevis illius narratio,\* quam etiam eruditi, ad quorum notitiam venit, primam & unicam esse contendunt; sed illam legentibus non satisfacere ipse confessus est summe reverendus FEVSTKINGIVS, qui ejus scriptor extitit. Idcirco D. Vir, cum adhuc viveret, iterum iterumque me admonuit, ut, quantum per tenebras priorum temporum, liceret, huic operi absoluen- do manum adhiberem, ejusque fontis historiam integram concinnarem. Coepi ab illo tempore nonnulla hinc & illinc colligere; quin etiam originem hujus fontis, secundum naturæ causas consideratam, non neglectis aliis huc pertinentibus, illis, qui rerum gnari, in consilium adhibitis, altius repetere cœpi. Cœpi, inquam, sed nondum perfecì; spero tamen, beneficio Numinis, me ea, quae animo proposui, ad finem propediem deducturum. Num vero a multis hac re gratiam initurus sim, tempus docebit; ii certe,

\* *In dem IX. Paquet der dritten Ravage von aufgefundenen Briefen.*

*Wahrenberg, bey Georg Freymunden, 1703.*



te, qui rebus G. ARNOLDI student, hoc institutum inane, & tantum non superstitiosum, judicabunt. \* Sed hi sunt fere, qui D. LVTHERO, ejusque reliquiis infensi, nihil rectum, nisi quod ad dedecus & contumeliam sancti Senis valeat, putant. Sicuti vero mihi non levitas quaedam, sed animi pietas, qua LVTHERO omnes ejus filii, γνησίως tales, obstringuntur, & cum auctoritate D. FEVSTKINGII alia ratio causam scribendi dedit; ita a proposito meo me dimoveri non patiar. Hic etsi opus ipsum ordiri possem; tamen non audeo facere; quod periculum est, ne, si omnia et singula huc traherem, scriptio limites profusionis transliat. Ceterum temperare mihi non possum, quin prodromi loco supra laudatam narrationem de fonte LVTHERI præmittam, propterea quod a summo Viro profecta multis ignoratur, partim etiam illius ordinem in futuro opere sequi nobis constitutum est. Illa vero ita habet:

*Liebwerther Herr und Freund,*

*E*s wird derselbe sonder Zweifel die längst versprochene Relation vom Luthers-Brunnen mit Ungedult erwartet haben; Kann aber leicht ermessen, daß ich eben so ungeduldig

\* In Hist. Heresiol. Part. II. Cap. XVI. p. 51. 47. 178.



tig auf den Grund einer rechten Nachricht gewartet, damit ich meine Bemühung desto besser recommendiren und seinen Appetit in etwas stillen könne. Allein, da ich immer geboffet von dem Rath-Hause zu Wittenberg durch N. N. gründlich davon informiret zu werden, muß ich anizo erfahren, daß die von ihm geschöpfte Hofnung, wie man saget, in dem Brunnen gefallen, und daß in den Raths-Archiven von dieser Materie nicht das allergeringste anzutreffen. So viel kann ich von diesen Brunnen melden, daß derselbe nahe bey Wittenberg, Anno 1521. von dem seligen LVTHERO angeleget worden, und zwar zu dem Ende, daß er sey pius literati hominis secessus, ein solcher einsamer Ort, wohin er sich mit seinen Collegen begeben könne, wenn er intricaten Sachen nachdencken, oder von andern wichtigen Dingen mit ihnen ins geheim eine Conferenz halten wollen. In welcher Meinung mich stärcket der alte Wittenbergische Scribent, BALTHASAR MENZIVS, welcher in seinem Büchlein de Eccles. Saxon. p. 10. schreibet, daß, als LVTHERVS die biblische Dolmetschung vorgehabt, und das IV. Cap. JOANNIS von dem Jacobs-Brunnen in gut Teutsch übersetzen wollen, sey er mit PHILIPPO, CASPAR CRVCIGERN, MATTHÆO AVROGALLO, und etlichen verständigen Bürgern und Handwerks-



werksleuten aus Wittenberg öfters zu seinen Brunnen vorn Elstertbore gegangen, und da habe er von der lebendigen Springquellen an der Elbe Gelegenheit genommen, von dem Samaritischen Brunnenwasser deutlich und einfeltig zu schreiben. Nun ist bekandt, daß nicht allein die von dem LVTHERO geschriebene Uebersetzung des Evangelisten Johannis, sondern auch des ganzen neuen Testaments, schon Anno 1522. zu Wittenberg, Straßburg, Augspurg und Grimma ist gedruckt worden, weswegen von selbst folgt, daß zum wenigsten Anno 1521. dieser Brunnen allbereits in seinem Esse muß gewesen seyn. Die Situation desselben hat dem sel. LVTHERO über alle Massen wohlgefallen, und wer selbige in Augenschein nimmt, dem muß sie noch diese Stunde gefallen. Von vornen betrachtet man aus dem Gewölbe den schönen Elbstrom, wie derselbe in angenehmer Abwechselung steigt und fällt. Von hinten hat er einen ebenen Sandhügel, worauf man frische Luft schöpfen kann. Zur lincken siehet man nicht sonder Vergnügung in den Lucum, oder dicken Wald hinein. Zur rechten aber fällt einen hinwieder die Stadt Wittenberg mit ihren schönen Spitzen und Aedificiis publicis in die Augen. Von hier aus unten bey den jetzigen Schießgraben ist vormahls ein gerader Weg nach diesen  
Luthers-



Luthers-Brunnen gegangen, welcher, wie die Vestigia noch weisen, mit schönen Linden und Eichen besetzt gewesen. Diesen lustigen Spaziergang hat die Elbe von Jahren zu Jahren weggerissen, so daß man sich denselben noch kaum und kümmerlich einbilden kann. Der Herr VITVS LVDOVICVS VON SECKENDORF schreibet in Histor. Lutheranism. f. 651. daß LVTHERVS in seinem Testament seiner Hausfrauen nicht allein das Dorf Zulsdorf, sondern auch die beyden Häuser am Brunnen, legiret und vermacht habe. Das grosse Haus am Brunnen habe Churfürst AVGVSTVS von der Frau Doctorin und ihren Kindern um 3000. Gulden erkaufte, das kleine aber sey ihnen verblieben. Aus dieser Erzählung, die theils mit LVTHERI Testament, so in Altenburg. T. VIII. fol. 846. stehet, überein kömmt, wollte mich auch jüngst- hin jemand bereden, daß bey den Brunnen solche 2. Häuser gewesen, die LVTHERO zugestanden, und von denen Spaniern A. 1547. verbrannt worden. Allein zu geschweigen, daß man zu des gottsel. Sächß. AVGVSTI Zeiten kein Brunnenhaus für 3000. Gulden bezahlet, so ist ja bekandt, daß LVTHERVS 2. Häuser am Brunnen des Klosters in der Stadt am Elstertbore gehabt, worauf auch die Worte des Testaments zielen. Daß aber ein Pallast am Brunnen auffer der



Stadt, aufn Felde, von 3000. Gülden gestanden, ist wohl nicht zu glauben; Wiewohl ichs eben nicht bestreiten will, daß so gar kein Lusthaus bey dem Brunnen sollte seyn aufgebaut gewesen. Sonst erzehlte mir neulich ein Passagier aus Wittenberg, daß man für etlichen Jahren daselbst zum Bierbrauen das Wasser nehmen wollen. Der Anschlag wäre nicht zu verwerfen, indem es um einen Versuch zu thun. Wer weiß, was für ein kœstlicher Trunck daraus würde; das klare Luther-Wasser, welches gegen das gemeine Jungfer-Wasser zu Wittenberg von ganz anderer Farbe und Geschmack ist, muß nothwendig ganz einen andern Potum geben. Denn wenn ich meines Herzens Meynung sagen soll, so giebt es die Vernunft, daß aus diesem Brunnen ein sehr edles Wasser entspringen muß, weil es über eine halbe Meilweges, von den Teichel-Bergen an gerechnet, in denen Canalibus hydragogis und Adern der Erden, durch den klaren Sand erstlich percoliret, von dem Salz durchleutert, durch allerhand Mineralien perfiliret, lieblich und nutzbar gemacht wird, ehe es in der Quelle emergiret, quillet und ausbricht, welches von andern Wittenbergischen Wassern nicht kann gesagt werden. Doch diesen Punct will ich andern zur Erörterung überlassen, und nur noch hinzuthun, daß es sehr  
wohl



wohl gethan ware, wenn man den Luthers-Brunnen, zum Andenken seines Stifters, der so viel herrliche Meditationes sacras in demselben gehabt, in guten erbaulichen Wesen erbielte. Hätte man im Pabstthum einen Brunnen, den etwa der heilige FRANCISCVS, oder IGNATIVS LOIOLA, angelegt, so würde man einen viel größern Staat davon machen, und daselbst gewisse Fontanalia und Brunnen-Feste von Wallbrüdern celebriren lassen. Warum sollte dasjenige, was LVTHERVVS gestiftet, nicht gebührender Ehre werth seyn? Es ist hiebevorn gebräuchlich gewesen, die Brunnen nicht allein mit Steinen zu überlegen, Gen. XXIX, 2. sondern auch zu versiegeln. (Vid. Novarin. Elect. Lib. I. Parad. Delic. Cap. XII. num. 617.) Eines solchen versiegelten Brunnens wird Cant. IV, 12. gedacht, welchen etliche den Buchstaben nach verstehen, und dahero noch heutiges Tages Salomonis versiegelten Brunnen zeigen wollen. Vid. QVARESMIJ Elucid. Terr. sanct. Tom. II. p. 764. Wir wollen unsern Luthers-Brunnen nicht zwar mit einem Stein, jedoch mit folgenden Epigrammate, versiegeln:

Aqua fontis LVTHERI loquitur:

Servo meas undas puras nitidasque, ministro

Gratis, ingratis, omnibus æquus agor.



Servio namque Deo largo, pincerna benignus,

Gratuito munus largior inde meum.

Non moror, argenti nihil, aut habeas nihil auri,

Haufturus gratis dives inopsque veni.

Sic Deus ingrato dedit & facit omnia mundo,

Cujus ad exemplum me juvat esse bonum.

*Hat der Herr etwas bessers, welches sich hieher schicket, wird er mir es mittheilen, es soll mit einer bereitwilligsten und danckbaren Dienstfertigkeit erkannt werden. Gestalt ich mich obligire, dasjenige lebenslang weitläufig anzuführen, was ich hiermit kürzlich schreibe, daß ich sey*

D E S S E N

*beständiger Freund,*

*den 15. Aug. 1703.*

N. N.

Multa hic deprehendimus, quæ notatu sunt digna; verum nec numero minora se lectoribus sistunt, quæ dubia nec satis explicata, & plane omissa videri possunt. Quibus omnibus num mederi valeamus, in posterum videbimus? Iam id solum agendum esse puto, ut publice illos, ex cœtu nostro scholastico, juvenes prædicem, qui hucusque, Præceptorum



ceptorum exemplo permoti, acri & intento animo D. LV-  
 THERI vitam & mores ea propter intuiti sunt, ut haberent  
 virtutum exemplar, quod vivendo exprimere possent.  
 Quin insuper ipsis ex consideratione tanti Viri nonnullæ ora-  
 tiunculæ subnatæ sunt, quas, præsentibus æquis rerum ar-  
 bitris & iudicibus, ipso die, emendatis sacris solemnibus, re-  
 citare ardentè cupiunt. Igitur gratificaturus illorum peti-  
 tioni non solum *quinque bonæ spei pueris* potestatem do con-  
 scendendæ cathedræ, sed etiam horum gratia omnes & sin-  
 gulos LVTHERI amantes & Scholæ faventes, hac suspen-  
 sa tabula, convoco, humillime, & prout par est, rogans,  
 ut juvenibus, mox recensendis, per exiguum temporis spa-  
 tium attentas aures præbeant, et currentibus calcar addant.  
 Sunt autem peroraturi sequentes:

I) CHRISTIANVS GODOFR. WESSELIUS,  
 BLOENSDORF. SAXO.

II) IOANNES LVDOVICVS KVHLIVS,  
 ANNAEBVRGO-SAXO.

III) CAR. LAVRENTIVS KETTNERVS,  
 VITEMBERGA-SAXO.

IV) GOTTL. HENRICVS VOGLERVS,  
 DRESDA-MISNICVS.

V) IOANN. CAROLVS VTTERMANNVS,  
 JESSENA-SAXO.

quorum



quorum *primus prologi* munere fungens docentium memoriam sancte habendam esse docebit, *oratione ligata germanica*, alter LVTHERVVM domi, natum & educatum depinget, *sermone latino*, eodemque hos *sequens* illum in scholis & Academia eruditum sistet, *alius fide LVTHERI* initia & incrementa exponet, *ultimus* denique decentes aget Auditoribus gratias, *præmissa oratione teutonica* de imitatione bene instituenda. Ceterum ut de præsentia Patronorum & Fautorum, submissè nobis exorata, nos bene sperare & bono animo esse jubet illorum benevolentia & humanitas; ita precamur supplices summum & immortale Numen, ut singulis & in universum omnibus clementer adesse, et quorumvis negotia ad sui nominis gloriam, utilitatem coetus diviniore, reipublicae ornamentum & salutem hominum dirigere velit. Vale, LECTOR BENEVOLE,  
& plaude!

